

**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam  
Consummatissimi, Consiliarii Electoralis & Professoris  
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis  
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice  
locupletissimo instructum

De beneficiis ecclesiasticis

**Corvinus van Beldern, Arnold**

**Francofurti ad Moenum, 1708**

**VD18 10184902**

De Imperatorum & Regum jure in Beneficiorum Collatione. Tit. 14

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62028](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62028)

## TITULUS XIV.

### De Imperatorum & Regum Iure in Beneficiorum Collatione.

#### S U M M A R I A.

1. *Jus conferendi competit Regibus.*
2. *Quid circa Electionem Pontificum servatum olim ab Imperatoribus Romanis.*
3. *A Regibus Italiæ.*
4. *Abl Imperatoribus Franciis.*
5. *Galliarum Reges olim constituerunt Episcopos.*
6. *Ut & Reges Angliae, alioquin.*
7. *Cum ratione, & quo.*
8. *An jure, & quo.*
9. *Postea Ecclesiæ Electio- nes libera concessa: Et à quibus.*
10. *In Galliis electionibus sublatis, successit jus Nominationis.*
11. *Habent & illud Reges alii.*
12. *Quid statuerint Synodorum canones.*

**D**iximus in præcedenti titulo Beneficia conferendijus compendijs Populo. Rationes addidimus. Quæ omnino militant & in Imperatoribus & Regibus: imò multò magis; (Quorum enim magis interest Episcopos non habere infensos & invios? Qui de eorum vita & moribus fidelius possunt dare testimonium. Cum illorum sit virtus maxima nosse nos.) Ideo & electioni Pontificum & Episcoporum se immiscuerunt Imperatores & Reges. Etiam volentibus Papis, Gregorio in can. quia igitur.

nus  
omnis  
Ecclesiast.

I V.

igitur. 9. dist. 63. Bonifacio III. *Platina in ejus vita*. Leone IV. can. *Platina*. cum seq. d. dist. 63.

Referunt Sozomenus lib. 7. histor. Ecclesiast. Nicephorus Callistus lib. 12. histor. Eccles. cap. 12. Imperatorem Theodosium nullis Sacerdotibus, ut eorum, quos ad ordinationem judicarent dignos, nomina inscriberent chartae, reservata sibi ex iis omnibus unius electores. Theodosius junior, testib. *Socrate* lib. 7. histor. Eccles. cap. 29. *Nicephorus Callisto*. lib. 14. hist. Eccles. cap. 31. Nestorium quandam ad culmen Patriarchatus evexit, reprobatis Proculo & Philippo, a Clero defegimus. Imò Imperator Honorius Bonifacio I. electo Pontifice & ab aliis filio, Româ abire utrumque coegerit, restituit tamen Apostolica Sedis potea Bonifacium. *Platina in Bonifacio I*. Docet Nicephorus Gregorius lib. 8. hist. Eccles. in Oriente invaluisse, ut quos Imperator velicer Patriarchae Constantinopolitani designarentur. Imò ex Blondo, Plenius aliquique Historicis constat, Cleri ac Populi electionem Pontificum Summorum, habitam fuisse vanam, in eam Imperatores, aut eorum Exarchæ Italiae confirmassent. Quod duravit usque ad tempora Constantini filii Heraclii, *Platina in vita Benedicti II*.

3 Idemjus usurparunt Ostrogothorum Reges Italie: Sic S. Silvius electus fuit Pontifex Theodato Ostrogothorum Rege jubente. N. ceph. *Gregor. d. lib. 8*.

4 De Francis Imperatoribus est notum Adrianum Pontificem Carolo Magno ejusque Successoribus concessisse, quod & postea ab Aliani Successoribus est confirmatum, ut nullus Pontifex Romanus aut eius Episcopus fieret, nisi quem Carolus & Ejus Successores scivissent iussissent. can. *Hadrianus. 22*. can. *in Synodo. 23*. can. *Restina. 16*. seqq. dist. 93.

5 In Gallia constat Reges sære vel in demortuorum locum contulisse Episcopos. teste *Gregorio Turonensi* cap. 6. 7. 18. lib. 4. vel electibus consensum adhibuisse. Concilium Aurelianense V. can. 10 dicit; Ut nullum Episcopatum donis aut comparatione licet adipisci, sed cum voluntate Regis, juxta electionem Cleri ac Plebis, sicut in antiquis nonibus scriptum reperitur. Simile continetur in Epistola Hineman. Hugo Abbatem teste Flodoardo. & non diu præscriptum in Comita

Coryi  
De Pers.  
er Benefi E

G

32

Aurelianensibus Caroli IX. temporibus. vid. &amp; can. 39. hinc etiam. 16.

q. I.

Quod jus etiam sibi tribuerunt Reges Angliae, teste Mattheo Parisiensi, in Henrico I. Habent Hispaniae: ex can. 6. & 12. Concilii Toletani: can. cum longe. 25. dist. 63. Hungariae: Nauclei. generat. 37. Bald. in. prescripta. 2. col. Cod. de precib. Imp. offer. Apuliae, seu Neapolis. Gloss. in Summa. 17. qu. 7.

Non sine ratione. Quippe potestati Regiae subest tota politia Regni, cuius pars sunt Ecclesiae. can. Principes saeculi. 23. qu. 5. & Religio seu Sacerdotum jus. Et Princeps est totius Populi regumque, in eum que omne jus, quod populus habet aut habere potest, est transfusum; Ergo & eligendi, nisi quod habuit populus. Dixit non absurdè Imperator Constantinus Magnus Patribus Nicæ congregatis; Vos intra, Ego extra Ecclesiam à Deo constitutus sum Episcopus.

Sciendum tamen, cum in religione sit quoddam sacrum divinum & spirituale jus, illudque pendeat ab Episcoporum electione vel ordinatione; Reges Imperatoresque quod elegerint soli, id fecisse non jure suo, sed quodammodo extra ordinem, & Ecclesiae beneficio; Elegisse vero cum Clero, aliqua ratione jure suo, non extra ordinem; quatenus Sacerdotum jus est publicum, & pertinet ad omnes. Ut & quod confirmarint & approbaverint electionem ante consecrationem & investituram de feudis Ecclesiasticis, can. quia sancta. 28. can. 29. cum Hadrianus. d. dist. 63. Ceterum interdictum ne quis per ordinationem Regiam ad honoris Episcopalis culmen pervaderet; can. 8. Conc. Parisiensis. ex quo can. si per ordinationem. 5. dist. 63. can. 10. Conc. Aurelianensis. 5. Vult tamen canon. vero. 10. d. Concil. Aurelian. 5. Cleri & Plebis consensu accedere voluntatem Régiam. Hinc Ivo Carnotensis p. 238. ait; Reges nullum Jus habere aliud in Episcoporum electionibus, quam ut electos Episcopos de feudis & bozis temporalibus investiant; & hereticum esse dicit existimare, tribui aliquod jus spirituale per dationem & acceptationem virga.

Ne ergo Reges & Imperatores, sui juris transirent fines, & sacra miscere prophanis, Imperatores Carolus Magnus & Ludovicus Pius e. lib. Capit. cap. 84. rel. in can. Sacrorum. 34. d. dist. 34. Ecclesiis electiones

[N]

nus  
omnis  
Ecclesiastis

IV.

98 ARNOLD. CORVIN. De Benefic. Ecclesiast.

ones permiserunt, liberas. Fecit idem in Galliis Philippus Augustus, & Ludovicus Sanctus; in pragmat. sanct. anno 1228. In Germania Fredericus III. In Galliis Carolus VII. recipiens Basiliense Concilium anno 1438. Postea per concordata inter Papam Leonem X. & Regum Francorum I. anno 1517. electiones fuerunt sublatae, & in Episcopibus, Monasteriis, & aliis Sacerdotiis, quibusdam exceptis, Nominationis jus Regibus Galliarum fuit attributum. *Dartus tract. de Benefic. sc. 3. cap. 13. Videatur Bochellus Decretor. Eccles. Gallic. lib. 7. tit. 3. pars. 11.* Quod jus nominationis, teste Cromero, lib. 2. hist. Polon. habent Poloni similiter: habent Angli, à tempore Edvardi III. tunc Polidoro Virgilio lib. 9. hist. Angl.

12 Quapropter canon. 29. Apostolor. iubet deponi & segregari eos qui per Seculares Magistratus adepti fuerunt Ecclesiast., & canone 2. Synodi VII. seu II. Nicanae omnis electio, quæ fit à Principibus, & Magistris, iudicatur irrita: can. omnis. 7. dist. 63. & canone 2. 8. Synodi III. sc. Constantiopolitane IX. prohibentur Laici Principes vel Potentes electioni Episcoporum se immiscere. can. nullus. 1. d. dist. 63.

TITULUS XV.

De Iuribus Regaliorum.

S U M M A R I A.

- |                            |                           |
|----------------------------|---------------------------|
| 1. Praterfus Nominatio-    | 6. Consuetudine.          |
| nis quod jus habeant       | 7. Quali.                 |
| Imperatores hodierni.      | 8. Ex auctoritate Regum.  |
| 2. Reges Arragonie.        | 9. Potius privilegio.     |
| 3. Angliae.                | 10. Competit solis Regi-  |
| 4. Galliarum.              | bus.                      |
| 5. Ejus Juris ratio, desu- | II. Juri Regaliorum locu- |
| mitur ex fundatione.       | Sede vacante.             |